



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Resignatio sui omnigena quam sit cuiq[ue] necessaria Pertinacia proprij
sensus quam sit detestanda, atque Dei prouidentiaè omnia co[m]mittere
debeamus. Cap XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Reuerentiam quantam teneamur nostris exhibere Prælati.

CAPVT XL.

In simplicitate ambulans, quam sic securus.

Nemo securius ambulat, quam qui in simplicitate cordis ambulat, qui simplici omnia oculo intuetur, qui de superioribus suis sublimiter sentit, illisque affectum reuerentiæ, dilectionis atque obedientiæ, sincerum ac castum semper exhibet. Qui verò aliter agit in tentationes varias à Deo aut labi, aut etiam deficere finitur. Transeundo patrem, quando ei inclinans, in corde tuo dic: O sancte pater, ora pro me. Item: Faciat me Deus participem sanctarum orationum tuarum. Item: Ego commendo me tibi, & per te Deo in visceribus charitatis Christi.

Resignatio sui omnigena quam sit cuique necessaria: pertinacia proprii sensus quam sit detestanda atque Dei providentiæ omnia committere nebeamus.

CAPVT XLI.

Providentiæ quomodo sint omnia committenda diuinæ.

Pertinaciam in propria opinione petitione esse cauendam.

De manu Domini omnia patienter accipienda Occurrentia omnia ut de manu Domini sint accipienda.

Cuncta providentiæ diuinæ, eiusque beneplacito committenda sunt, præsertim ea quæ humanæ non subiacent industriæ, & quæ futura, aut incerta sunt. De illis enim nihil est homini aliud tractandum, quam ut ea beneplacito diuino eiusque committat providentiæ, extra quam nihil est appetendum. Quapropter si in consultatione es multorum, & cogaris tuam sententiam dicere, aut si aliqua te necessitas, siue propria, siue aliena urgeat petere aliquid seu procurare, non sis in tua petitione, sententia, opinioneve pertinax, aut importunus, sed semel bisve dixisse sufficiat. Rem deinceps omnem committe Deo, credens, si quam desideras rem, placuerit Deo, fiet: & verbi studijque tui erit fructus. Sin minus, tu quis es qui procurare auderes rem quæ Deo displiceat? Aut quomodo contra Domini voluntatem auderes moliri quicquam? Quam diu igitur Dei ignoras voluntatem, Deo, vbi semel bisve quod tuum erat pro tuo officio nifus es, totum committe. Peccato itaque quoniam excluso, alienam magis opinionem sequere. Disce re cupita, aut etiam necessaria carere, vbi semel bisve rogaueris hominẽ (nisi obliuio ei qui rogatur & dare velit, intercessisset) donec Dominus ordinauerit, aut prouiderit tibi. De manu Domini omnia accipito, ac si Dominum audires in singulis tibi loquentem. Fili, hoc ferto propter me, aut hoc facito propter me, quia maiora ego tuli propter te. Itaque cuncta quæ tibi occurrunt, siue tristia sint, siue læta, peccato solo excludo, per quem curaque tibi euenerint, à Domino arbitrare eadem tibi missa, nec aliter fieri debuisse aut potuisse. Proinde haudquaquam ad eum respicias per quem tibi sit iniuria

in iuria aut molestia. Hunc enim Dominus sinit labi, pauld post rursus erigendum, propter te, ut in pati habeas. Respice potius ad Dominum, hoc est, ad eum qui hanc tibi ut ferres, molestiam, misit. Non iussit proximum tuum tibi molestum esse, sed te iubet proximi molestiam æquanimiter ferre, ipsumque non prohibet, hoc est, non arceat, ne molestus tibi sit, & hoc (ut dixi) propter te, ne tibi exercitium sanctæ virtutis desit. Atque ideo quem in tuam vides utilitatem peccasse, videlicet ne tibi desit patientiæ exercitium, pro eodem debes orare, ne tui causa illum Dominus puniat, sed ignoscat, atque conuertat. Hoc etiam de eius benignitate maximopere sperare debes. Esto igitur ut qui non habet propriam voluntatem, aut electionem. Hoc tibi videatur magis perfectum, quod proximorum placet voluntatibus, idque nõ studio placendi hominibus, sed Dei contemplatione, qua diligimus etiam proximum. In dubijs, & quæ non sunt necessaria ad salutem aut profectum animæ, noli esse fixus, hoc illud de desiderando, aut optando, quantum minus procurare tibi ea præfertim liceat quæ habent aliquid mundanum, vel carnale, id est, honoris vel consolationis vanæ annexum. Horum desideria non admittas: sed in principio quam primum senties, ut serpentes ea abicias. Resigna autem te Domino Deo tuo, & pete ut ipse te dirigat in omne beneplacitum, & tecum disponat, quomodo ipse melius tibi expedire noverit. Si esses mortuus, ad omnia quæ extra Deum sunt, neque vituperia, neque iniurias, neque quæcunque alia quæ te in Deum non ducunt sentires, imò tanquam folia volantia non adverteres. Vide igitur quid in te vivat. Nempe illud propter quod inquietudo seu pœna in corde tuo generatur. Tu nihil vis pati pro Christo? Nihil enim fers æquanimiter pro eius amore, & cum silentio cordis & oris, eorum præfertim quæ ab hominibus tibi permittit evenire. Quare non dicis: Bone Iesu, hoc tu mihi misisti? Ego quoque tui id amore suscipis, aut amore per gratiam tuam cur non sustinebo? Tacebo igitur. Adiuva tu piissime infirmitatem meam. Quare non gaudes etiam te pro Christi amore quod sustineas non nihil habere? Itaque quicquid pateris, ita accipias, ita tolères, ut per intentionem ordines ac referas in Deum. Hunc igitur animum patiendi assumes, ut pro Christo, aut propter Christum velis omnia pati: & ita patiaris, ut fructum aut lucrum patientiæ habeas, scilicet charitatis & gratiæ maioris, apud Deum. Intentio inferentis molestiam non facit ut pro Christo aut pro temetipso patiaris. Pro eo enim quod ille in eum inderit, tu neque laudaberis neque vituperaberis, sed in quem finem tu ordinaveris, & cuius amore ac intuitu voluntatem tu patienti adhibueris, hoc est illud, propter quod pateris. Si pateris ut hominis habeas favorem, aut aliquid eiusmodi illud (sive homo sit, sive quodcunque aliud quod amas) est hoc, propter quod, aut pro quo pateris. Si vero pateris ut Christi iuvenias gratiam, Christus est pro quo pateris.

(:)

Omnia quæcunque patimur ad Deum sunt referenda.